









1503. 4  
15  
1651.24  
*In Nomine Jesu Christi!*

*De*

# JURIBUS FOEMI- NARUM SINGULARIBUS,

*Decas Secunda*

Positionum Juridicarum

*Circa*

Materiam Tutelæ & Curæ,

*Quam*

Consensu Amplissimi Jctorum Ordinis in A-  
cademiâ Lipsiensi

*Sub presidio*

DN. BENEDICTI GARPZOV. J. U. D.

Consiliarij Electoralis Saxonici, & Facul-  
tatis Juridicæ Ordinarij

*Publicæ disquisitioni subjicit*

HENRICUS-JOACHIMUS BULLÆUS

Hannoveranus.

*ad diem 10. Maij,*

In Auditorio Jctorum Petrino,

*Horis consuetis.*

---

Typis HENNINGI COLERI.

27.

C 27



VIRIS

*Nobilibus, Amplissimis & Consultissimis*

DN. ANTONIO BULLAEO,

J. U. D. & in Episcopatu Mindensi Consiliario

emerito, Parenti meo optimo & vene-  
rando;

DN. MATTHIAE FISCHERO,

J. U. D. Dicasterii Cellensis Assessori Ordinario,

nec non Civitatis Syndico, affini meo ho-  
norando

*Exercitium hoc Academicum*

*L. M. Q.*

DEDICO

HENRICVS-IOACHIMVS  
BULLAEO,





IN NOMINE JESU CHRISTI!

De

**JURIBUS FOEMINARUM  
SINGULARIBUS.**

DECAS SECUNDA

Positionum Juridicarum

Circa

Tutelam & Curam liberorum.

RESPONDENTE

**HENRICO JOACHIMO BULLÆO**

HANNOVERANO.

Positio I.

*Singularis & anomala est matris aviaq; tu-  
tela, ac specialitate multiplici limitata.*

**M**atri aviaq; non tam jure, quam singulari favore & i  
intuitu pietatis liberorum defertur tutela, Anton.  
Fab. in *Codic. lib 5. tit. 21. Defin. 1. n. 7.* Ex quo favora-  
bilis pariter est & singularis † seu anomala. Sol- 2  
liciti ergo non sumus de subsistentiâ hujus juris, nec  
ambiguos nos reddat lex prohibitiva, quæ mulieres ab officio  
tutelæ excludit, l. 1. *C. quando mul. tut. offic. fung. pot. l. tutela l. ult.*  
*ff. de tutel. l. jure nostro ff. de restam. tutel. l. scire. in pr. ff. de tut. & cu-  
rat. dat. ab his qui jus dandi hab. l. 2 ff. de R. I. junct. l. athleta §. tu-  
tela. ff. de excusat. tutor. prudenter sanè, quia † munus hoc virile 3*  
est, quod sexum foemininum in consortium haud admittit, *dict.*  
*l. 1. Gozadin. consil. 18. n. 15. & consil. 68. n. 2. Franc. de Caldas Pereyra*  
*de in integr. restit. part. 2. pag. 1131. n. 106.* † Sed nec propter firmita- 4  
tem intellectûs ac imbecillitatem consilii functio hæc mulieri-  
bus

A

bus





bus tutō injungi potest, *lult. in fin. ff. qui per. tutor.* Superat verò  
hanc rationem favor & pietas matris aviaq; erga liberos ac nepo-  
5 tes, † quæ procul dubio hanc irregularitatem & exorbitantiam  
extorsit, cui deesse noluit Imperator in *Novell. 118. cap. 5. Auth.*  
*matri & avie C. quando mulier tutel. offic. fungi pot.* Anton. Fab.  
*loco allegat. de fin. 1. Gutierrez de tutel. & curâ part. 1. cap. 8. n. 7.*  
6 † Verè igitur jus tutelæ in matre aviaq; est singulare, non saltem  
respectu reliquarum foeminarum, sed & intuitu patris & avi pa-  
7 terni, quos licet tutores vocaverimus, natürliche Vormünder libe-  
rorum suorum, † propriè tamen tales non sunt, nec ullibi in jure  
hac voculâ notantur, quin & non tam ratione tutelæ, quàm jure  
8 patriæ potestatis ad curam & administrationem bonorum ad-  
mittuntur, *l. cum oportet §. non autem. C. de bon. quæ lib.* † Causam  
nihilominus ambigendi relinquit in foro Saxonico praxis no-  
tissima, quâ ipsamet mater aviaq; egent curatore in actibus suis &  
9 gerendis negotiis, *Const. Elect. 15. §. Gleichergestalt soll auch den*  
*Weibespersonen &c. part. 2.* † Num ergo eis, quæ aliorum re-  
guntur consilio & curâ, liberorum negotia eorumq; tutelam cõ-  
mitteremus? Anné ferendum, eundem esse tutorem, & sub tutela  
constitui? & iterum, eundem esse curatorem, & sub curâ agere?  
10 quod contra principia juris dictum videtur, *§. item major 13. vers.*  
*cum sit incivile. Inst. de excusat. tutor. lult. C. de legit. tutel.* † At jus  
hoc singulare in exorbitante & privilegiatâ matris aviaq; tutela  
non attendimus: quomodo enim regulis juris infringere-  
11 tur, quod contra regulas juris est introductum, singulari favore &  
pietate, † quæ omnes respuit juris subtilitates ambiguasq; di-  
sceptationes, Anton. Fab. *cit. de fin. 1. n. 7.* Stat ideoq; jus hoc tute-  
læ etiam in foro Saxonico, quod jamdudum observantia compro-  
bavit, Joh. Schneidwin. *ad pr. Inst. qui testam. tut. dari poss. n. 10.*  
*Matth. Wesembec. in parat. ff. de tutel. n. 5. Jacob. Schult. in addit. ad*  
12 *Modest. Pistor. part. 1. quæst. 27. n. 11.* Et nonné † Magistratui tantum  
autoritatis attribuendum foret, ut per confirmationem tutri-  
cis habitare posset personam ejus, quæ curatellæ subjecta habi-  
13 lis ad hoc munus non est? † Nec enim matri aviaq; liberorum  
tutela & administratio bonorum ipso competit jure; sed Ma-  
14 gistratus confirmationem impetrare necessum habent, † vel saltē  
ex



ex generalitate legis Caroli V. ac Statuum Imperii in Reformat.  
Polit. de Anno 1548. tit. Von den pupillen und minderjährigen Kin-  
der curatorem und Vormunden. Verbe: Daß auch ein ieglicher Vormüd-  
er sey gleich testaments weise verordnet/ oder durch das Recht oder  
Richter gegeben/ sich der Vormundschaft nicht unterziehen soll/ die  
Verwaltung sey ihme dann zuvor durch die Obrigkeit decerniret  
und anbefohlen. Quâ ex sanctione † audienda non erit mater 15  
vel avia tutrix in negotiis pupillorum quidquam agens, eosvé in  
judicio defendens, priusquam exhibitione tutorii vel confirma-  
torii decreti personam suam legitimaverit. Uthinc benè sub-  
sistat Responsum Scabinorum Lipsiensium † in causâ Curatorum Ma- 16  
riæ Magdalenen von B. contra Jungfraw Dorotheen von B.  
Mens. Octobr. Anno 1643. hinc formalibus conceptum: Würde be-  
klagter Curator seiner Curandin Söhne Vormundschaft bestetigug  
ad acta bringen/ inmassen ihme zuthun obliegt/ So were Klägerin  
auff die allbereit prosequirte Leuterung sich einzulassen und zuver-  
fahren schuldig/ B. R. W. Hoc ergò † in passu nil proprii habet 17  
mater aviaq; tutrix, quod non aliis tutoribus sit commune, Cor-  
næ. lib. 4. consil. 164 n. 4. Paul. Montan. de tutel. & curatel. cap. 14.  
n. 7. licet in reliquis de specialitate ambigendum haut sit. At  
quænam ea? (I.) † Prærogativa certè specialis ac minima non 18  
est, quòd Agnatis aliisq; tutoribus, magis licet idoneis, præferatur,  
iisq; omnibus præterquam testamentariis, si nempe pater in te-  
stamento alium constituerit tutorem, cujus voluntas meritò di-  
gniore obtinet locum, dict. Novell. 118. cap. 5. & Auth. matri & a-  
via C. quand. mul. tut. off. Joh. Schneidwin. dict. pr. Inst. qui testam.  
tutor. dar. poss. n. 10. Petr. Heig. part. 2. quest. 13. n. 30. † Quid verò 19  
si pater non quidem alium nominaverit tutorem; attamen viduæ  
in testamento tutelâ interdixerit? Non ut Prætoris edictum il-  
lud matrem aviamq; obligabit, † sed in fumum abibit ex deci- 20  
sio Montani de jure tutel. c. 15. n. 36 & aliquot seqq. Petr. Peck. de  
testam. conjug. lib. 2. cap. 6. à quo recedere piaculum nobis est:  
Nec enim quod matri aviaq; legis beneficio competit, ab alio iis  
auferri potest, l. id quod nostrum 11. ff. de Reg. Jur. † nec quod libe- 21  
rorum favore ex innatâ matris affectione & amore pietateq; in-  
troducitur, solo patris arbitrio immutari fas est, arg. l. propter 14.



*verb. si pietas & ratio naturalis & c. C. de his qui accusari non poss. No-*  
*vell. 94. cap. 1. Sed quid opus, ut Soli facem accendamus satis lu-*  
 22 *centi † in Novell. 118, cap. 5. & Auth. matri & avia, verb. solis testa-*  
*mentariis tutoribus eas precedentibus. & c. C. quand. mul. tut. offic. fun-*  
*gi pot.* Ubi autem tutor testamentarius, si illum constituere pa-  
 ter in testamento neglexerit? Nullibi sane; Ergo nec quisquam  
 matrius tutelæ præripiet. (2.) Prærogativæ huic non cedit alias  
 23 † quæ & ipsa singularem concernit matris favorem, ut sublevare  
 se possit onere tutelæ, si nimis se eo gravatam sentiat: Non enim  
 ut alii, ita mater invita onus tutelæ subire cogitur, prout  
 verè scripsit Additionator *Gloss. lib. 1. art. 11. Landr. n. 4. Man-*  
 24 *mag aber doch kein Weib zu einer Vormundschaft zwingen/ † Sci-*  
*licet tutela hæc non est imperativa seu jussiva, sed duntaxat per-*  
*missiva: Possunt enim mater & avia esse tutrices, si velint; invita-*  
*autem tutrices fieri haud coguntur, dict. Novell. 118 cap. 5. vers. his*  
 25 *enim solis Joh. Schneidwin. ad pr. Inst. quæ testam. tut. dar. poss. num.*  
*10. Anton. Fab. in alleg. Defin. 1. n. 4. (3.) † Nec tam longo post se-*  
 intervallo relinquit jam commemorata prærogativa specialita-  
 tem eam, quæ matri aviæq; proximos agnatos in tutelæ admini-  
 stratione adjungi videmus. Etsi enim hoc non tam strictè ubiq;  
 26 locorum observetur, † cùm in foro Saxonico horum defectum  
 suppleat autoritas curatoris, quæ mater aviæq; adjuta prudenter  
 liberorum negotia gerere videtur; fieri tamen id posse, præser-  
 27 tim in † casu difficilis administrationis, haud ambigendum,  
 Petr. Heig. part. 2. quest. 13. n. 45. Christoph. Zobel. in art. 23. lit. b.  
 lib. 1. Landrecht. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 1.  
 quest. 27. in fin. Quod si factitatum fuerit, matrem aviæque  
 28 † absque consensu & autoritate contutorum bona pupilli haud  
 administrare, nec ejus nomine firmiter pacisci posse, quivis faci-  
 lè concesserit, postquam pluribus datis tutoribus, administratio  
 29 omnibus simul incumbit, l. testamento 17. §. sed ne è, ubi Bart. ff. de  
*testam. tutel. quin & de † culpâ ac negligentia administratione*  
 omnes tenentur, l. 2. in pr. C. de divid. tutel. Joh. Schneidwin. ad  
 30 *§. si ex testamento n. 11. Inst. de satis dat. tutor. (4.) † Porro jus singu-*  
 lare hujus tutelæ aliâ singularitate est limitata, ut nempe defera-  
 tur tantummodò matri aviæque viduis. Nam quæ ad secundas  
 tran-



transierunt nuptias, tutrices liberorum, ut maximè velint, non  
admittuntur, *Auth. sacramentum C. quando mulier tut. off. fungi*  
*pot.* Anton. Fab. in *Codic. lib. 5. tit. 21. de fin. 2. v.* † gravatæ procul 31  
dubio suspitione, quòd novis maritis non solum bona, sed etiam  
vitam liberorum addicant, *l. lex quæ tutores 22. §. lex enim C. de*  
*administr. tutor.* Obicem ideoq; ponit votis secundis tutela ma-  
tris, † quâ aliàs viduitatis pertaxa ad novum convolare conju- 32  
gium haud prohibetur, *l. 2. §. l. ult. C. de indict. viduit. tollend.* ac  
ne ipsam facile facti pœniteat, speciali promisso id firmare te-  
netur, renunciando nuptiis secundis & Scto Vellejano, Petr.  
Heig. *part. 2. quest. 13. n. 46.* Joh. Schneidwin. in *pr. Inst. qui testam.*  
*tutor. dar. poss. n. 10.* † quod quidem mediante juramento quon- 33  
dam fieri necessum judicabatur, *l. 2. C. quand. mulier tutor. offic.*  
*fungi potest.* Sed hodie remissus agitur cum matre, ac simplici  
ejus sponsioni in judicio factæ fides datur plenissima, *Auth. matri*  
*junct. Auth. sacramentum C. cod. l.* † quâ nunquam tamen tam fir- 34  
miter constringitur, quin desiderio novarum nuptiarum accen-  
sa denuò nubere queat, si tutelam liberorum susceptam relin-  
quere velit, *dict. Auth. sacramentum.* † ne cum jacturâ Reipubli- 35  
cæ propagatio familiarum, & amplificatio generis humani impe-  
diatur, Anton. Fab. *dict. de fin. 2.* Heig. *dict. c. n. 46.* Zobel. *part. 2.*  
*differ. 15. n. 1.* † At quid si mortuò marito munus tutelæ denuò 36  
ambiat? Petito ipsius deferendum, arbitratur Maranta in *l. is.*  
*potest. 18. ff. de acquir. vel amitt. heredit. n. 253.* & post eum Nicol.  
Boër. *decis. 266 circa fin.* † Minus tutò si vel micam autoritatis 37  
Camera Spirensis judicato tribuamus, quo omnem reassumendi  
juris ejusmodi viam matri post obitum mariti secundi præclu-  
sam, attestatur Joachim. Mynsing. *cent. 3. observat. 83.* innixus  
simul doctrinæ Cyni in *alleg. Auth. matri & avia C. quand. mulier*  
*tut. offic. fungi pot.* & Hippolyti de Marsil. in *l. etiamsi redhibitus*  
*n. ff. de questionib.* † Nec sine fundamento iudicatum hoc pro- 38  
diisse quisquam existimet. Quamprimum enim mater secundo  
nubit viro, tutor vel dativus vel legitimus in locum ejus surro-  
gatur, *arg. Novell. 94. cap. 2. vers. mox tamen ut secundas contraxe-*  
*rit nuptias &c.* † Si ille; ad pubertatem usq; mariti datus censetur, 39  
*l. ult. C. quando tutor. vel curat. esse de fin.* Quomodo ergò mater,

A 3,

jus



jus tutelæ recuperare valebit, Regulâ sibi obstante: quòd habenti tutorem alius nequeat dari tutor, §. *interdum* §. *Inst. de curat. l. idem fiet* 23. *circa pr. ff. de testam. tutel.* † Sin verò tutor legitimus: telum, quo contra matris postulatam se tueatur, præstò ipsi erit aliâ ex Regulâ juris, quâ jus semel alicui quæsitum absq; facto eij rursus adimi nequit, *l. id quod nostrum* 11. *ff. de Reg. Jur.* Ita nimirû matris intentio axiomatibus juris enervabitur, quibus & hoc † addere lubet: jura perditâ iterari non debere, *l. 2. §. ei qui* 4. *ff. de capite minut. l. homo* 21. *ff. de statu hom.* nec non illud: Erubescimus sine lege loqui, *Novell. 18. cap. 5.* † Recuperationem tamen tutelæ priùs amissæ matri aviæq; largimur, si nuptura eam deposuerit; non tamen nupserit, sed in viduitate permanferit, cum Boërio *dict. decis. 266. n. 5. Afflict. decis. 357. n. 3. & 4.* Paulo Montano *de jur. tutel. cap. 15. n. 77.* cum aliud sit nubere, aliud nubere velle, ac mater nuptiis demum contractis tutelam perdat; non etiam si animum duntaxat nuptias secundas contrahendi habuerit, *dict. Auth. sacramentum. verb. contractis secundis nuptiis. C. quando. mul. tutor. offic. fungi pot. & dict. Novell. 94. cap. 2. ibi: secundas contraxerit nuptias* † Et quis primos coërcere ausit motus, qui in potestate nostra sunt, adeoque pœnam haud merentur? *arg. l. cogitationis* 18. *ff. de pœnis.*

*Posit. II.*

*Admittitur Mater & Avia etiam in causis feudilibus quandoq; ad tutelam filiorum; attamen non nisi cum proximioribus insimul Agnatis.*

1 Aliâ porrò † specialitate tutelam matris limitatam, vulgò arbitrantur, nempe ut majorennis tantummodò sit hujus muneris capax, quæ est egressa annum ætatis vigesimum quintum de jure civili, vel vigesimum primum in foro Saxonico, *l. 2. C. quando mul. tutel. offic. Paul. Montanus de jure tutel. & curatel. c. 15. n. 18. Marian. lib. 1. consil. 8. n. 7. & seqq.* Idq; † si judex non probè observet, 2 matrem decernendo tutricem ante majorenem ætatem, errore



se non minimo implicare, ajunt Nicol. Boër. *decis. 124. n. 7.* Chas-  
san. *in consuetud. ut. des enfans des plusieurs liēt. §. 6. in pr.* Joh. Guti-  
erez *de tutel. & cur. part. 1. c. 7. n. 18.* † Quod quidem concedimus, 3  
sed pro singulari matris jure haut agnoscimus; cum eodem tuto-  
res indifferenter omnes obstringantur, §. *furius 2. Instit. qui te-*  
*stament. tutor. dar. poss.* † quale enim ipsorum ante hunc termi- 4  
num ætatis judicium? imbecille omnino, ut se ipsos vix regere  
possint, nedum ut aliis consulant. Et quomodo † curam aliorum 5  
subire poterunt, qui ipsimet sub curâ reguntur? §. *item major 13.*  
*Inst. de excus. tutor. l. ult. C. de legit. tutel.* At in eo specialitatis non  
parum occurrit circa tutelam matris aviæq; † quod in causis et- 6  
iam feudalibus cum aliis proximioribus agnatis tutrices quan-  
doq; admittantur, si nempe hoc Principi placuerit, idq; observan-  
tiâ magis quam † juris ratione introductum, docent experienciâ 7  
edocti Petr. Heig. *part. 2. quest. 13. n. 42.* & Modest. Pistor. *part. 1.*  
*quest. 27. ibiq;* Jacob. Schult. *in addit. n. 14.* Quos sãna non relin-  
quit ratio juris; † hoc enim successionis intuitu matris aviæq; 8  
tutelam defert, *Novell. 18. cap. 5. in verb. secundum hereditatis ordi-*  
*nem & c. Auth. sicut. C. de legit. tutel.* Non minus verò mater &  
avia † quam femina reliquæ à successione feudi masculini ex- 9  
cluduntur, tit. 1. §. *hoc autem notandum & c. tit. ib. §. 1. & tit. 8.*  
§. *filia F. E. 1.* Ex quo non potest non singulare matris aviæq; jus  
ac privilegium haberi, si cum proximioribus agnatis ad munus  
tutelæ admittantur; † Nisi animum in suspensio retineat, quod 10  
diximus *Posit. preced. n. 4.* ex singulari favore ac pietatis causâ  
tutelæ administrationem matris aviæq; committi, quæ cum minor  
non sit in causis ac bonis filiorum feudalibus, quam allodialibus,  
† cur discrimen nobis persuaderi patiemur? Ita scilicet argu- 11  
mentatur Ludolph. Schrader. atque inde tutelam hanc anoma-  
lam & exorbitantem, contra naturam jurium exorbitantium ad  
causas extendit feudales, *in tract. feudals. cap. 12. concl. 10. n. 20.*  
quem sequitur Besold. *in tract. de tutel. & cur. cap. 12. num 4. p. 18.*  
† Sed licet pietatis & affectionis maternæ respectum magni faci- 12  
amus, nec causam tutelæ huic eum dedisse inficie-  
mur; propterea tamen successionis rationem ab hac

exclusum





13 exclusum nolumus, † quin potius utriq; operationem juris tu-  
telaris adscribendam remur, vel pietati maternæ conditionaliter  
Imperatorem Justinianum annuisse, dicimus, si capax sit successi-  
14 onis, *dict. Novell. 118. cap. 1.* † Nunquam verò haud verificatâ cõ-  
ditiõne deveniri potest ad id, quod sub conditione defertur, *l. si*  
*cognatis 19. ff. de reb. dub.* Nec viderur Schrader. verum hujus de-  
15 cisi tangere nervum, † qui præcipuè jus Domini sive Senioris  
feudi concernit: Cujus quia maximè interest, vasallo impuberi  
idoneum constitui tutorem, qui sano consilio animiq; dexterita-  
16 te muneri tutelæ præsit, † per tutelam muliebrem jure suo eum  
fraudari piaculum foret. Et quomodo mater tutrix filiorum  
17 nomine servitia præstabit militaria, quorum intuitu feuda regu-  
lariter conceduntur, cum ad hoc planè sit inepta? † Quomodo  
18 silentium & taciturnitatem sibi pollicebitur Dominus ab eâ, quæ  
ob linguæ lubricum suamet secreta occultare nequit? † Quo-  
modo prospectum ipsi erit de comitatu honesto & honorifico,  
cum mulier à cœtu & consortio virorum debeat abstinere? †  
19 † Quomodo consiliis juvabitur ejus, quæ sibi ipsi consulere ne-  
quit? *tit. 6. § 7. ff. 2. Vultej. de feud. c. 9. n. 26. Udalr. Zas. in epit.*  
*feudal. part. 8. n. 36* Jacob. de S. Georg. *de feud. in verb. Marchio in*  
20 *Italiâ. n. 4.* † Rationabilis ideoq; est consuetudo in foro Saxonico,  
ut vasallis impuberibus Dominus feudi tutores constituat, qui  
ipsemet aliàs in causis & negotiis feudalibus est tutor legitimus,  
21 *Gloss. in Landrecht. art. 26.* † Nec tamen hic de ullo conqueri pot-  
est præjudicio, si in tutelam à matre gerendam consenserit,  
eamq; unâ cum agnatis proximioribus admiserit tutricem, quo  
cœu jure singulari tum superbire potest.

*Posit. III.*

*Jure singulari incumbit matri, liberis impuberibus  
petere tutores, si ipsamet munere hoc non  
fungatur, idq; sub pœna amittende  
impuberum hereditatis.*

† Singulari † itaq; jure matri aviaq; defertur liberorum tutela;  
idq;



idq; in favorem ipsorum, ex quo alia profluit singularitas, parum  
tamen matri aviaq; favorabilis, quin potius gravis & onerosa,  
† si de certis tutoribus liberis prospicere, sepositò affectu mater-  
no durum & molestum sibi duxerint; Ita enim jure sancitum legi-  
mus, † ut mater aviaq; si vel ab initio liberorum impuberum tu-  
telam detrectet, vel eà jam susceptà ad secunda transeât vota, pe-  
tere iis debeant tutores, §. *sed quemadmodum 6. Inst. de SCto Tertyl-  
lian.* Quod eò gravius videbitur, † quia negligentiae poena simul  
est indicta, privatio nempe hereditatis: soboli namq; suæ si no-  
luerit mater hoc modo consulere, à liberorum morientium suc-  
cessione repellitur, *dict. §. sed quemadmodum. l. sive ingenua. 2. §. si  
mater 23. ff. ad SCtm. Tertyllian. l. matres 3. l. omnem 6. C. eod. tit.  
Auth. iisdem pænis. C. de secund. nupt. Modestin. Pistor. part. 2. quest.  
57. n. 1. Anton. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 18. defm. 2. n. 3. Joh. Schneid-  
win. ad pr. Inst. de hered. qua ab intest. defer. Rubr. de secund. ordin.  
succed. n. 16.* † Idq; justâ ratione; quia indigna videtur mater suc-  
cessione filii, cui impuberi ipsa prospicere de idoneis tutoribus  
neglexerit, *dict. l. 2. §. si mater 23. l. 2. §. 1. ff. qui petant tutor.* † Quare  
nec in foro Saxonico à jure hoc singulari recessum, ut notat Chri-  
stoph. Zobel. *in addit. ad Gl. art. 11. n. 4. lib. 1. Landrecht.* Exosa  
tamen nimis ne sit sanctio hæc matribus, aliis specialitatibus il-  
lam voluerunt jura limitatam. Ac (1.) † quidem ad privatio-  
nem hereditatis properandum haut est, si contingat, impuberem  
tutore destitutum mox ultimum suum obire diem: sed totius an-  
ni spatium matri indulgetur, quo tutorem petendo poenam præ-  
veniat. Ex quo nil adversi metuendum, si intra annum impubes  
moriatur, *dict. §. sed quemadmodum 6. Inst. de SCto Tertyllian. l.  
sciant 10. C. de legit. hered. (2.)* † Immunis porrò est mater ab hac  
multâ, si liberi impuberes absq; tutoribus relictis puberes facti  
decesserint, *l. matres 3. l. omnem 6. C. ad SCtum Tertyllian.* Nam  
ab impuberum tantummodò morientium successione repellun-  
tur, *sic. §. sed quemadmodum. 6. in fin. Inst. eod. tit.* † ex ratione  
nequaquâ ineptâ, quæ in eo recumbit, quòd filius matri culpam  
remisisse censetur: Poterat enim alioqui pubes factus illam  
testamento omittere, & ab hereditate suâ removere: quod

B

si



- 10 si non fecerit, † favor matris præsumtionem culpæ remissæ ex-  
torquet, imprimis cum filius, cui nocitum, non amplius superfit,  
post Rittershus. Johan. Harpprecht *ad d. §. sed quemadmodum. n. 2.*
- 11 *Inst. de Scto Tertyll. (3.)* † Nec majus imminet periculum matri,  
quæ nondum est majorennis; Ea siquidem, quæ annum vigesi-  
mum quintum, vel in foro Saxonico vigesimum primum nondum  
attigit, propter lubricum ætatis iudicium pœnam non petiti tu-  
toris meritò evitat, *l. 2. C. si advers. delict.* quâ securitate ipso jure
- 12 sibi concessâ gloriatur, ut † nec opus habeat restitutione in in-  
tegrum, *arg. l. pen. C. ex quib. caus. infam. irrogatur.* Först. *lib. 7. de*  
*success. ab intest. cap. 16. n. 3.* nisi quis ei objecerit Rescriptum Imp.  
Severi & Antonini in *l. 1. C. eod. tit.* Sed cum illud loquatur ex-  
pressè de crimine in facto consistente, † inconvenienter inde
- 13 omninò ad delictum vel culpam omissionis inferri, fatebitur  
quisquis, quem non latet discrimen inter commissionis & omissi-  
onis culpam atq; delictum. (4) † Nunquam verò periclitabitur
- 14 mater aviaq; , si causam neglectæ petitionis prætexere queat, for-  
san quòd pupilli interfuerit non constitui tutorem ob legatum  
conditionale, unde majus ipsi emolumentum accrescit, de quo
- 15 in *l. 2. §. tractari 44. ff. ad SCrum. Tertyllian.* † vel si ex dispositione  
testatoris aut loci alicujus statuto alius matri in tutelâ præfera-  
tur, Bald. in *dict. d. matres. C. ad SCrum. Tertyll.* Sat temperamenti  
hinc pœnæ accessit rigorosæ, ut rarius forsàn de hac conqueri
- 16 habeat mater: † nunquam verò avia, matre adhuc vivente, quæ  
licèt intra anni spatium filio impuberi haud petierit tutorem,  
per id tamen avia non excluditur à successione, quantumvis &  
ipsa anno sequenti vestigia presserit matris, non minoris negli-  
gentiæ convicta, ut bene notat Nicol. de Ubald. *de success. ab. int. ff.*
- 17 *part. 2. n. 19.* † Nimirum etsi mater minus sollicita de filii tutore  
annò elapsò hereditate ejus privetur; non tamen jus tutelæ amit-  
tit, cui nec renunciare videtur, *l. tutela 3. vers. sed etsi ubi Gloss. &*
- 18 *Bartol. ff. de legit. tutor.* † Quomodo ergò aviæ ullus imputabi-  
tur neglectus, quam mater adhuc intermedia à munere tutelæ  
excludit; cessante verò negligentia quidnam criminis superest
- 19 coërcitione dignum? Aliud planè dicendum foret, † si mater  
viventium consortio vale dixisset, vel ad secunda transisset vota:  
cum.



cum enim nihil amplius tum avia sollicitudinem remorari que-  
at, merito negligentia in petendo tutore poenam dabit, Nicol. de  
Ubal. *dict. loc.*

*Posit. IV.*

*Nulla jure Mater liberorum suorum tutrix u-  
sum fructum in eorum bonis sibi arrogat.*

Singularia non modo ea, † quibus matres aviaeq; tutrices verè  
gloriantur, sed & quæ errore inveterato vulgò ipsis tribuuntur,  
referre, efflagitat instituti nostri ratio; ita tamen, ut si quid erro-  
neè dictum vel scriptum sit, detegamus, † Non possumus ergo  
non intactam relinquere famigeratissimam illam quaestionem:  
*An matri competat usus fructus in bonis liberorum, quorum gerit tute-  
lam?* De jure autem civili † qui hoc affirmaverit, nondum quem-  
quam vidi nec legi, ac certè si temerario ausu quis hoc defen-  
dendum susceperit, vereor, ne jure ipsi opponatur illud tritum:  
† Nihil absq; juris autoritate asseverandum est, Jason *in l. illam* 19. 4  
*n. 8. C. de collat.* Franc. Vivius *decis. 358. n. 4.* Nec enim ullum in  
jure textum reperire licet, † quò firmari assertum hoc posset, nisi  
quis jura patris, quibus verè usus fructus in bonis liberorum ac-  
censetur, matri communia dixerit. Sed omnium votò contra  
principia solida Jurisprudentiæ, † quæ edocti, intuitu patriæ po-  
testatis fructus ex bonis liberorum deferri, lubenter fatentur, nec  
largam argumentorum messem hinc congerere opus erit, † si mi-  
cam fidei & autoritatis Imperatori Justiniano largiamur, Rescri-  
pto satis claro id probanti in *l. cum oportet 6. in pr. C. de bon. qua  
liber.* Cum autem † mater liberos in potestate non habeat, §. *fe-  
mina 10. Inst. de her. qual. & differ. l. nulla 13. ff. de suis & legit. her.*  
expedita hinc est consequentia, usum fructum in bonis liberorum,  
qui solius est patris, matri non abs errore communicari. † At  
quid juris in foro Saxonico? Moribus hodiernis matrem tutri-  
cem usus fructus in bonis pupillorum participem factam, donec  
pupilli adoleverint, jam dudum scripsit Matth. Wesemb. *in para-  
tit. ff. de tutel. n. 5.* † quem nostri gregatim sunt secuti, ut videre



est apud Jacob. Schult. *quest. pract. 46. n. 21.* & in *addit. ad Modest. Pistor. part. 1. quest. 27. n. 11.* Reinh. Rosam in *addit. ad Dan. Moller. part. 2. Const. 11. n. 12* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 12. n. 11* quibus novissimè accedit Dn. Richter. *part. 1. decis. 18.* Sed quàm † periculosè hoc dictum & scriptum sit, absq; ullo negotio demonstrari posset, si quod de hoc themate jam antea pluribus inculcaverim, imprimis *Respons. jur. Elector. 70. lib. 6.* heic repetere tædiosum haut foret. Sufficiat autem † paucissimis nervum tangere, qui in eo consistit, quòd nullo juris Saxonici textu prædicta sanctio Justinianèa reperiatur in terris nostris abrogata, vel aliud introductum, † cur non ergò standum eà esset? secundum tradita Hartmanni Pistoris *lib. 1. quest. 32. n. 8. vers. & casus omissus & c.* Octav. Cacheran. *consil. 20. n. 15.* Multùm † sanè anxius est Dn. Richter. *cit. loco,* ut obicem mihi ponat, & quam ex jure civili adstruxi consequentiam, rursus destruat; *Non sequitur,* † inquit, *patri competit ususfructus jure patriæ potestatis, Ergò matri nullo jure competit: Negari enim non potest, quòd matri ex alio iure possit competere, quia unius rei plures possunt esse cause, & in unâ eademq; re possunt plures cause se simul compatientes bene concurrere: nec enim patriæ potestas sola & necessaria est causa constituendi ususfructus.* Hactenus Richter. *cit. dec. 18. num. 22. & 23.* † Sed ut pace ipsius dixerim, nonnè hoc est argumentari à posse ad esse (ut ut etiam hoc ipse neget) qui tamen modus disputandi apud Logicos parum firmitatis habet. Avidè equidem † causam, quàm matri tutrici usumfructum in bonis liberorum deberi sibi persuasum habet, expeterem. At sacrò eam silentio voluit suppressam, ad solam nos remittens † observantiam, quam plurimis Dnn. Jenensium Responsis firmare adnititur. Num autem propterea aliis in Electoratu Saxonie Dicasteriis, quibus modus ille pronunciandi videtur suspectus, omnis detracta erit fides? Num generalis in terris Saxonice consuetudo inde erit probata? † Judicent sine cæco affectu, qui requisita observantiæ & juris consuetudinarii didicerunt, hujusq; probationis difficultatem nôrunt. Inquies forsàn: Doctori de consuetudine attestanti credendum esse, ac multò magis toti Collegio. † Ita quidè sentit Dn. Richter. *dict. loc. n. 16.* & nos cum ipso, Sed quando agitur.



agitur de solennibus ac stylo alicujus judicii, nunquam verò in  
causis ex jure decidendis, totâ Jctorum scholâ suffragante, Natta  
consl. 254. n. 7 Angel. in §. ex non scripto 9. n. 6. Inst. de Jur. natur.  
gent. & civili. Gratian. decis. 15. n. 15. & Dd. passim. † quin nec tum 21  
Principi de consuetudine attestanti credendum, ut probè monent  
Meichsner. tom 3. decision. Cameral. 14. n. 45. 62. & seqq. & Theodor.  
Reinking de Regim. secular. & ecclesiast. lib. 2. class 2. cap. 9. n. 24. Sci-  
licet † quia facti est, quod prudentissimos quosq; fallere potest, l. 22  
2. ff. de iur. & fact. ignor. & in dubiis facti etiam Principes errare  
queunt, cap. 1. de const. in 6to. nedû unus vel alter ex Jctis licet præ-  
cellentibus, in primis haut exactè advertens singulas cujusq; casus  
circumstantias, quæ responsum quandoq; irregulare extorquent.  
† Quantumvis igitur dixerim, Responsa Scabinorum Lipsiensium 23  
facere consuetudinem, lib. 2. Respons. 2. n. 15. & lib. 6. Respons. 70. n. 26.  
(quod tamen non ex meo protuli ingenio, sed sensa aliorum,  
Göden. scil. & Schult. retuli.) exclusa tamen alia consuetudinis re-  
quisita nolui, & longè aliud est † consuetudinem facere; aliud 24  
legitimè introductam probare: faciunt enim consuetudinem a-  
ctus aliquot; facit eam tempus ad præscriptionem legitimam, fa-  
cit eam actuum uniformitas, unde vulgatus in Dicafteriis pronun-  
ciandi stylus: Daß solches ie und allewege über Rechts verwehrte  
Zeit unverbrüchlichen gehalten worden. nec tamen † unū vel alter- 25  
utrum horum ad consuetudinem sufficit, sed singula quæq; con-  
currant, necesse est, si quis probationem consuetudinis legitimè  
introducæ in se susceperit. Probatione hac deficiente, consuetu-  
dinem pro lege sibi obtrudi nemo patietur, quod apud Jctos cer-  
tissimum; † Ne quid addam de placito & autoritate Serenissimi 26  
Saxonie Electoris, quem defensorem ac interpretem morum Sa-  
xoniorum submissè reverentur nostrates Jcti, unde non parùm  
firmamenti pro lege in foro Saxonico introducendâ accedit Re-  
sponsis Dicafteriorum Electoralium, ut plurimum à Serenitate  
ejus probatis ac confirmatis, ut si hinc autoritatis aliquid iis tri-  
buendū, ad alia id neutiquam extēdi debeat Collegia. † Quin et- 27  
si in Dicafterio aliquo juridico modus pronunciandi inveteratus  
ceu lex quædam Successores collegii istius obstringat, quo intuitu  
Responsa consuetudinem facere tutò quis affirmaverit; Aliis

B 3

tamen



28 tamen Dicasteriis nulla per id lex præscripta erit, multò minùs pro universali jure consuetudinario stylus ille venditari poterit. † Ita nimirum debilis est hæc observantia, in qua Dn. Richterus omnem suam collocat fiduciam.

Posit. V.

*Nec rationibus reddendis, nec confectio-  
narij subducere se potest Mater li-  
berorum suorum tutrix.*

- 1 Alia porrò sunt † dogmata, quibus vulgò blandiuntur fœ-  
minis liberorum suorum tutricibus: Ajunt nempe, ab onere per-  
hibendæ rationis ipsas relevari vel saltem propter reverentiam,  
quam liberiis debent, Christophorus Zobel. *in Gloss. latin. ad*  
2 *text. German. Landrecht. libr. 1. art. 23. lit. N. & Matth. Berlich. part.*  
3 *2. conclus. 12. n. 11. † quod ne frustra dixerint, ipsissima dict. art. 23.*  
4 *verba prætexunt: Wo der Vormund Erbe mit ist/so darff er nie-*  
5 *mand der Kinder Gut berechnen. † Et nonnè pater hoc onere e-*  
6 *xemtus? l. 6. §. non autem. 2. ubi Bartol. in pr. C. de bon. que lib.*  
7 *Dan. Moller. ad Confit. Elect. 25. n. 6. p. 3. Jacob. Schult. in addit. ad*  
8 *Modest. Pistor. part. 3. quest. 126. n. 127. Quidni ergò idem bene-*  
9 *ficii concederetur matri? † Piè sibi omninò argumentari ita vi-*  
10 *dentur. Ex quo ulterius progrediuntur, & matri quoque con-*  
11 *fectionem Inventarij remissam concludunt, modò consignatio-*  
12 *nem aliquam exhibeat, post Wesemb. & Jacob. Schult. Reinh.*  
13 *Rosa ad Moller. part. 2. Confit. Elect. 11. n. 12. Dn. Finckelth, obser-*  
14 *vat. 76. n. 18. † Nimirum quia pater ad confectioem Inventarij*  
15 *solennis haut est obstructus, Anton. Hering. de fidejussor. cap. 6. n.*  
16 *78. Joach. Mynsing. cent. 2. Observ. 93. n. 1. † æqualem verò picta-*  
17 *tem atque reverentiam utriusque sexûs parentibus à liberis præ-*  
18 *standam, monuit jamdudum Ulpianus in l. furiosa 4. ff. de cura-*  
19 *toribus furioso &c. & Paulus in l. parentes 6. ff. de in jus vocand.*  
20 *quin & matrem dignari oportet majori studio, ut quæ & parturi-*  
21 *erit, & pepererit, & nutrierit, Novell. 162. cap. 3. in fin. Finckelth.*  
22 *dict. observat. 76. n. 18. † Sed caveant sibi matres, ne vanâ pers-*  
23 *uasione decipiantur: Nunquam enim, si tutæ velint ambulare,*  
24 *omittere possunt ea, quæ ad redditionem rationum requiruntur,*  
25 *cùm*



eum liberi majorenes facti si sua sponte ratiocinium de bonis  
administratis remittere nolint, ad hoc cogi nequeant, nullam vel  
lege vel juris ratione matribus subveniente. † Ut profectio utri- 8  
que Dd. asserto fidere periculosissimum sit, praesertim si prodiga-  
litate suspicione graventur, vel negligentiae arguantur, *arg. l.*  
*cum aqua veteres 2. C. qui & adversus quos in integrum restit.* † Te- 9  
xtum enim in jure Saxonico *dict. art. 23. lib. 1. Landrecht* si mordi-  
cium urgere velint, vereor ut intellectum illius genuinum assecuta  
fuerint: fallit enim maximopere sensus literalis, si non etiam a-  
gnatis vel cognatis tutoribus, qui matre defuncta proximiores  
sunt ad futuram successionem, † eandem a rationibus reddendis 10  
exemptionem largiri placuerit, forsitan non absque nota absurdi.  
Ne ergo ad scopulos impingamus, cogit nos sana ratio, † textum 11  
juris Saxonici in *dict. art. 23.* accipere de illa rationum redditi-  
one, ad quam tutores extranei singulis annis sunt obstricti: eam  
vero a matre vel cognatis tutoribus exigere nimis durum fuit vi-  
sum Compilatoribus juris Saxonici; † Nec est ut veniam petam, 12  
textum sic explicantes, postquam verba praecedentia sensum hunc  
satis firment; *Soll sein Vormund von iahr zu iahr des Kindes Gut  
berechnen. Matth. Welemb. in notb. marginal. ad Job. Schneidvv.  
in pr. Inst. de satisfat. tut. n. 11. lit. b.* Majus † nequaquam facessit 13  
negotium ratio a reverentia & jure paterno petita: Pia enim est  
haec ratio, sed non juridica, nec ita qualificata, ut consequentiam  
inferat necessariam, nisi quis in universum redditionem ratio-  
num sublatam asseverare praesumat. † Nonne enim tutoribus a- 14  
que ac parentibus, quippe qui locum subintrant patris, reveren-  
tia debetur? Non puto quemquam hoc inficias ire, quarto Deca-  
logi praeepto & sana nostratum Theologorum explicatione  
convictus: annuum ergo propterea subtrahere se poterunt ratio-  
cinio tutores? † Quod si quisquam dixerit, indubitato jus ratio- 15  
num reddendarum in materia tutelae sublatum erit. Fallax ideoque  
est ratio haec, nec pater Exemptionis suae fundamentum in ea po-  
nit, † quem jure patriae potestatis sat munitum didicimus *ex l. cum* 16  
*oportet. 6. in pr. C. de bon. qua liber.* quae solidam exemptionis sup-  
peditat fundamentum. Ex quo enim patri intuitu hujus potestatis  
competit ususfructus in bonis liberorum, † utique in iisdem tan- 17



quam re propriâ optimo jure verlatur ut, meritò repulsam ferat,  
qui rationum redditionem ab ipso exigere ausit, *d.l. 6. §. non au-*  
*tem 2. Dan. Moller. ad Constit. Elect. 25. n. 6. part. 3. Jacob. Schult.*  
18 *in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. quest. 126. n. 127. † Sed non juvat*  
hæc ratio matrem, si verum, quod diximus *Posit. preced.* verissima  
autem nos dixisse, fatebitur quisquis censor æquus. Detectò igitur  
19 errore † quò implicantur pro matribus ratiocinantes, nil su-  
perest, quod eas juvare, & à rationibus reddendis liberare queat,  
*Matth. Wesemb. part. 2. consil. 86. n. 5. vers. multò igitur magis. &*  
*Anton. Fab. in Codicem lib. 5. tit. 31. defin. 4. n. 5.* Quod si ita est, uti  
20 reverà est, † corrui etiam, quod per sequelam in favorem foemi-  
narum vulgò decantatur, confectioe nimirù Inventarii eas haur  
21 fore gravandas, quando tutelam liberorum in se susceperint: †  
Quomodo enim rationes tutelæ legitimò modo administratæ  
reddere poterunt, priusquam demonstrent, quid acceperint, &  
quantum pupilli ab initio cœptæ administrationis in bonis ha-  
buerint? Id verò nunquam fiet absque confectioe Inventarii, †  
22 quod propterea jure vocatur caput ac fundamentum rationum  
reddendarum, *Bartol. in l. 72. §. 2. ff. de condit. & demonstr. n. 2. vers.*  
*quia inventarium est caput rationis &c. Petrus Heig. part. 1. question.*  
*20. n. 8. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. question.*  
23 *126. n. 47. † Expeditum hinc porrò fit, quòd nec mater à juramen-*  
to se liberare valeat, si Inventarii confectioem omiserit: Uni-  
cum enim hoc est remedium, quo succurritur pupillis adversus  
hanc tutorum negligentiam, ut nempe juratò indicent, quid &  
24 quantum acceperint, † atq; ita Inventarii defectus juratâ specifi-  
catione suppleatur, *arg. l. ult. §. licentia danda. C. de jure deliber.*  
*Dan. Moller. ad Constit. Elect. 33. n. 6. part. 3. & lib. 2. semestr. 14. cui*  
25 *ut se mater tutrix subducatur, † nullò juvatur juris præsidio, nec ab-*  
sonum cuiquam videbitur, juramentum à matre exigere, cum nec  
*Serenissimus Saxon. Elector simili in casu ei pepercerit, ut videre*  
*est in Const. Elect. 33. vers. So müste sie auff der Erben erfordern. etc.*  
26 *ibiq; Dan. Moller. n. 4. & 6. part. 3. † Nimii si quis rigoris in ma-*  
tres nos arguat, cogitandum ei relinquimus, an non rigore longè  
majori, propter debitum ex malâ administratione tutelæ contra-  
ctum in carcerem detradantur, facultatibus ejus ad debiti disso-

lu:



lutionem haut sufficientibus? quod † jure à liberis peti, tuentur 27  
Bartol. in l. si quis sub conditione 11. n. 18. ff. de testam. tutel. Salycet.  
in Auth. matri & avie n. 13. C. quand. mul. tutel. offic. fungi pot. Ale-  
xand. Socin. & Jason in l. pleriq. 18. ff. de in jus vocand. Bald. Novell.  
in tract. de dote. in 7. part. princip. privils. à quo tamen deciso † re- 28  
trahit nos reverentia matribus debita & privilegium specialiter  
illis concessum, ne conventiantur à liberis ultrà, quàm facere pos-  
sunt; § sed & si quis. 38. Inst. de action. l. sūt qui 16. in fin ff. de re judicat.

Posit. VI.

*Non ut patri Novercam superinducenti, ita & matri  
ad vota secunda convolanti liberorum educa-  
tio committenda.*

Ex singulari illo, quo matri nuptiis secundis renunciante  
defertur liberorum suorum tutela, *supr. Posit. 1. n. 32.* † aliud pro- 1  
fluit singulare, sed contrarium & matri minùs gratuita in casu  
converso, si ad secunda transerit vota: Non modò enim hæc † 2  
oppidò tutelâ cadit, *Novell. 94. cap. 2. Novell. 118. c. 5.* Dn. Burchard.  
Berlich. *de jure Novercar. part. 2. art. 3. sect. 10. num. 1009.* sed &  
liberorum educatione indignam se reddit, l. 1. C. ubi pupill. educ.  
*debeat. Novell. 22. cap. 38.* Jacob. Cujac. *lib. 6. observ. 29.* non ex o-  
dio secundarum nuptiarum, quæ cùm Christianis exosæ haud  
sint, † nec curam natorum iis invidendam, quidam sinistrè arbi- 3  
trantur; sed quod mater ad secunda convolans vota minùs † cre- 4  
datur diligere liberos prioris matrimonii, amore vitrici capta,  
*l. femina 3. l. generaliter 6. C. de secund. nupt.* quin & decepta quã-  
doq; , ut vitrico privignis insidiant non modò res filiorum, sed  
& vitam eorundem addicat, *l. lex qua tutores 22. C. de administr. tu-  
tor.* Ex quo hodiernis etiam Christianorum moribus † legē hanc 5  
pupillis maximè provisionalem & proficuum suo vigori relictam  
judicant sano intellectu, qui falsæ legis rationi haut indulgent,  
*Anton. Fab. lib. 5. tit. 30. defn. 1. n. 1.* Hartman. *Pistor. observat. 98.*  
*Matth. Wesemb. in paratit. ff. ubi pupill. educari deb. n. 2.* † Subsi- 6  
stente hinc *Scabinorum Lipsiensium Responso de mens. Mart. An. 1640.*  
*Dieweil sich die Wittib anderweit verhehliget / so wird der Unmün-  
dige*



dige bey seinen nechsten Anverwandten und Blutsfreunden billich  
7 aufferzogen. Estque jus hoc verè matris singulare, † quia patri  
ob id, quòd novercam superinduxerit, liberorum educatio non  
denegatur: nec enim ullibi jus hoc privativum patris personæ  
impositum reperitur, ut meritò heic præsidium ipsi præbeat illud  
8 vulgatum: † Quod mutatum non est, cur stare prohiberetur? *l.*  
*sancimus 27. C. de testam.* ut & hoc: Permissum intelligitur, quod  
non prohibetur, *l. 5. l. 7. C. de religios. & sumt. fun. l. 4 ff. de jur. dot. l.*  
9 *25. in fin. ff. ad municipal.* † Gloriatur ergò in hoc juris articulo pa-  
ter de prærogativâ lexûs sui, & illud Themistii apud Stobæum ja-  
ctat: Liberorum amor coelitus naturæ illigatus est, & planè ab au-  
reâ illa infractâque catenâ dependet, quam natura perpetuò con-  
textens & obeuntibus nascencia conjungens, ne in nihilum rela-  
10 batur, sibi cavet. Mirabitur † sanè aliquis hanc prærogativam, &  
rimabitur interparentes differentiam, de ratione diversitatis non  
abs re anxie sollicitus. Quid enim causæ, quòd affectû parentû non  
juvet matrè, nec suspicio ex secundo matrimonio sinistra noceat  
11 patri? Nonnè † enim æqualis in parentibus amor prolis? nonnè  
par desiderium & fides in educatione liberorum? si nò ablimiles sint  
Megarensib9, qui quòd majorem curam pecorum, quàm liberorû  
12 haberent, acutè à Diogene notabantur: † Malle se Megarensis a-  
licujus arietem esse, quàm filium, *Un. Berlich. dict. artic. 3. sect. 9.*  
*n. 999.* Vel si omninò affectus parentum erga liberos ex secundis  
nuptiis labefactetur, quid patrem relevabit hac præsumptione?  
13 Ignotum nè, quòd † qui nuptias repetunt, præ novo amore, si non  
exuant, imminuant tamen affectum paternum, *Arnif. de Republ.*  
*cap. 4. sect. 2. n. 69.* quodq; binubus prioris matrimonii liberos  
14 malè excipiat, *Joseph. Mascard. de probat. vol. v. conclus. 196. n. 1.* †  
Nescio hinc annon verum sit, quod in ore est omnium, dictèrium:  
Wer eine Stieffmutter hat/der hat auch einen Stieffvater. *Arnif.*  
15 *dict. loc. n. 68.* *Virgil. Pingitzer. quæst. Saxon. 46. n. 2. & 3.* † nempe  
quia ab affectione paternâ novarum nuptiarum fucatis & limula-  
tis persuasionibus facilè parentes abducuntur, *Bald. lib. 1. consil. 70.*  
& cum pleræq; novercæ liberis inimicæ, idè & pater qui cum eâ  
versatur, talis præsumitur, *l. ædiles 25. §. hoc autem 6. ff. de edil. e-*  
16 *dict.* † vix namque incorruptus manebit, qui corruptis sociatur,  
*can.*



*can. planè à malis. can. recedite 21. quest. 4. nec alienà fuit men-*  
*te D. Lutherus, Die Ehen (inquens) seyn gemeinlich gefähr-*  
*lich und unglücklich / da eine einen mit Kindern nimbt etc. Ja*  
*wann der Vater fromb bleibet/so muß sichs leiden; aber novem ubi*  
*sunt? Wo findet man Sie? &c. in Colloq. mensal. cap. 36. pag. 407.*  
† Ita vulgò patribus nuptias reiterantibus insultant, omniq; eos 17  
paterno affectu exutos arbitrantur. Sit ita: in promptu tamen est  
ratio, ut jura non æquè sinistrè de patribus, ac de matribus opi-  
nentur; † Scilicet, cum imperet pater novercæ, nullà vi poterit 18  
cogi, ut circa sanguinem suum vel malignè vel duriter versetur;  
Noverca autem quia vitrico parat, sævitiam in privignos vix de-  
clinabit: † quin & plus virtuti & constantiæ virili confidendum, 19  
quàm matri, quæ renubendo defuncti memoriam & charitatem  
liberorum dicitur negligere, *Novell. 22. cap. 4.* Idque jura in ma-  
tre vitricum ducente indubitanter; in patre vero *τω τὸ πλεῖστον*  
præsumunt, post Förster. *lib. 2. de success. ab intest. cap. 9. n. 8.* Dn.  
Burch. Berlich. *dict. sect. 9. n. 1000.* † Singulari huic addimus aliud, 20  
quod est irregulare, instar exceptionis à Regulâ jam positâ, matri  
haut ingratum, ut non planè & indifferenter à liberorum educa-  
tione propter vota secunda excludatur: Ita enim Imperator Ale-  
xand: † *Educatio pupillorum tuorum nulli magis, quàm matri eo-*  
*rum, si non vitricum eis induxerit, committenda est. Quando autem*  
*inter eam & cognatos, & tutores super hoc orta fuerit dubitatio, adi-*  
*tus Præses provincie, inspectâ personarum qualitate & conjunctione*  
*perpendet, ubi puer educari debeat, in d. l. 1. C. ubi pupill. educ. deb.* † 21  
Nimirum, quia vitricus vir est, & pravus moribus frenum injicere  
potest, unde Imp. Gordianus præsupponit, paterno affectu eum  
privignas aluisse, in *l. 15. C. de neg. gest.* fieri quandoque potest, ut  
suspicio sinistra in eo cesset. † Quod si ergò res ita sit compara- 22  
ta, ut pupillis nullum à vitrico periculum immineat; cur non  
matris curæ & educationi locus daretur? cum nec absolum fuerit  
visum Legislatoribus, eo rerum statu privigni tutelam † vitri- 24  
co deferri, *l. si pater 3. C. de contr. tutel. judic. l. nonnunquam 32. §. 1.*  
*ff. de adopt.* Jacob. Cujac. *lib. 6. observ. 29.* Cæsar Ursill. *ad Afflic. de-*  
*cis. 357. n. 3.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 5. tit. 30. de fin. l. n. 4 & 5.* † Sed hoc 25  
ata, si Magistratus præviâ causæ cognitione matri ad secundas



26 nuptias convolanti educationem liberorum relinquendam judicaverit, *diēt. l. i. C. ubi pupill. edusar. debet.* Nec quemquam exceptio hæc offendat, quam vitrici affectus erga privignos irregularis bene sustinere potest, † quemadmodum in casu converso patri naturali blanditiis novercalibus nimium indulgenti, suspicionemq; sinistram de se præbenti liberorum suorum educatio detrectatur, *l. i. §. i. ff. ubi pupill. educ. vel morar. debeat &c.*

*Posit. VII.*

*Utriusq; sexûs parentibus incumbit liberos alimentare; at sola mater, quæ jam præstitit alimenta, rursus repetere potest.*

1 Fœcundus est affectus maternus in operatione juris singularis, ex quo non modo matres tutelæ redduntur capaces, de quâ hæctenus; sed & cura liberorum patre adhuc in vivis existente iis defertur, cujus non minima pars in alimentationis onere consistit; † Quare huic subducere se nequit mater. Etsi enim ea regulariter ad lactationem saltem filiorum intra triennium est obstricta, *l. peu. C. de patr. pot. ubi Gloss. in verb. primò & in l. alimenta vers. materna C. de negot. gest. Bartol. in l. si quis à liberis §. si mater. ff. de lib. agnosc. Papiens. in forma libell. pro legat. rei singul. in pr. n. 8. †*

2 Attamen si vel pater sit inops, vel aliunde liberi non habeant, unde sustententur, exactò etiam trienniò † mater onus alendi declinare nequit, *diēt. l. si quis à liberis §. utrum, vers. ergo & mater. ff. de liber. agnosc. Auth. si pater. C. de divort. fact. Bart & Dd. in d. l. alimenta. C. de negot. gest. Bald. in l. neg. mater C. de jur. dot. Jason. in l. i. n. 28 ff. solut. matrim. Anton. de Padill. in Auth. res que. n. 61. in fin. C. commun. de legat.*

3 Hoc ergò parentibus commune: † nam & patri onus alimentandi liberos incumbere, vix quisquam ambigere potest, *diēt. l. si quis à liberis. §. si quis ex iis. ff. de liber. agnosc. cum natura ad hoc ipsum obstringat, pr. Inst. de jur. nat. gent. & civ. can. jus naturale. distindt. i. † usque adeò ut filios dicatur necare denegando iis alimenta, l. necare 4. ff. de lib. agnosc. nullò matrimonii habitò respectu, † ac sive liberi sint legitimi, sive naturales atque spurii, *Auth. licet. C. de natural. liber. cap. habent. §. extr. de**



de eo qui dux in matrimon. quam polluit per adul. cap. cum inter 2.  
extr. qui filii sint legit. Surd. de aliment. tit. 1. quest. 9. Matth. Coler.  
part. 2. decis. 254. Andr. Gail lib. 2. observ. 88. n. 4. Hart. Pistor. lib. 1.  
quest. 42. Fallunt enim † qui onus hoc ex patriâ deducunt pote- 8  
state; sed duplici aliâ id suffultum est ratione, sanguinis nempe  
atq; successionis: nam charitas proximo prospicit, dict. l. si quis &  
liberis §. 1. & æquum est, onus ferre eum, qui ex successione lucrum  
sperat, l. 1. in pr. l. scribit Celsus. ff. ad SCtum Trebell. l. un. §. pro secundo  
do C. de caduc. toll. l. manifestissimè §. sed cum C. de furt. Utraq; ratio  
hæc † quia in matre concurrat, ut ipsa liberis victu & amictu su- 9  
currat, efficit: Hoc autem singulare est matri, ut saltem grâvetur  
onere alimentationis in subsidium, † quando pater propter, 10  
inopiam liberis alimenta subministrare nequit, l. non quemadmo-  
dum. §. ff. de lib. agnosc. Auth. si pater. C. de divort. fact. Bartol. & Dd.  
in d. l. alimenta. C. de negot. gest. Quo ex singulari tanquam ex pro-  
no alveo profluit & hoc, ut † fas sit matri repetere, quæ jam præ- 11  
stitit liberis alimenta, à patre scilicet vel alio, qui ad sustentatione  
liberorum erat obstrictus, quod sensisse videtur Paulus Jctus in  
l. Nefennius Apollinaris 34. ff. de negot. gest. Claris autem id expressit  
verbis † Ulpianus in d. l. si quis §. si mater alimenta 14. ff. de agnosc. 12  
lib. Quid verò est, quod scriptum reliquit idem Paulus, matrem,  
non posse alimenta, quæ pietate cogente de suo præstitisset, repe-  
tere? n. d. l. 34. vers. constitutum esse dicebatur. † Nimirum præsup- 13  
ponit Paulus casum singularem, quo ex solâ pietate mater libe-  
ros alimentaverat, quod regulariter non præsumendum: Quando  
enim onus alendi ad alium spectat, puta patrem vel avum, quem  
sciebat vel credebatur vivere, impendisse videtur repetendi,  
non pietatis animo: † quia nulla tunc subest alendi necessitas, cui 14  
ex pietate subveniatur, Bart. in d. l. Nefennius. Salycet. in l. alimenta  
n. 3. 6. de negot. gest. Æquitas igitur suadet, matri vel ab ipso patre  
vel ejus heredibus restitui, quod animo donandi haud datum est,  
l. heredem 60 ff. de R. I. l. 2. §. ex his ff. de V. O. Surd. de aliment. tit. 6.  
quest. 8. n. 5. † Accuratiùs porrò si attendamus, quid Paulus in 15  
alleg. l. Nefennius 34. senserit, videtur obitum patris præsupposuif-  
se, veluti elucescit ex verbis: pone, Peregrè patrem ejus abiisse. Et  
ut neq; hinc patrem ad restituendum condemnare potuerit, nec



de casu eo, quo patre vivente præstita sunt filio alimenta, locutus  
16 fuerit. † Nolumus siquidem matrem defensare, si ab ipso filio  
ejusve heredibus id, quod pro alimentatione semel datum est,  
17 repetat: Veremur enim, ne jure ipsi opponatur præsumptio pieta-  
tis, † quod intimasse putatur Paulus in *d. l. Neseñnius 34.* & aper-  
18 titiis Imp. Alexander in *l. alimenta ii. C. de negot. gest.* ubi Salycet. *n. 1.*  
Jacob Menoch. *de arbitr. judic. quest. cap. 88. n. 20.* † Originē hinc  
suam traxit effatum Jctis vulgatissimum: quòd matri & aviæ non  
19 competat repetitio alimentorum, quæ liberis & nepotibus sub-  
ministravere: licet nec tum generalitate hujus standum. † Quid  
enim si mater alimenta exhibens super horum repetitione verbis  
expressis protestata fuisset? Audiri ipsam voluit Paulus in *sape al-*  
20 *legatà l. Neseñnius 34.* adjunctus rescripto Alexandri Imperatoris in  
*d. l. alimenta ii. C. de negot. gest.* ubi Salycet. *n. 4.* modò † haut ni-  
mis serò mentem suam aperuerit, sed in ipso alimentationis actu  
protestationem apposuerit, quia non prodest ex intervallo adje-  
cta protestatio, ubi agitur de præjudicio tertii, cuius fuit jam  
21 acquisitum, † nec retrahitur ad tempus dispositionis, Andr.  
Tiraquell in *l. si unquam. vers. libertis. n. 15. C. de revoc. donat.* Castrè-  
22 sis in *l. heredes palam. §. si quis post. n. 4. in fin. de testam.* † Cumq; non  
verbis duntaxat, sed ipso etiam facto voluntas declaretur, Andr.  
Tiraquell. *de nobilit. cap. 6. n. 9. vers. ex quo notat Glossa.* Decius *con-*  
*sil. 586 n. 13. vers. Et plus est facere &c.* quin & facta certiore faciant  
23 declarationem mentis, quàm verba, *l. si tamen 48. §. ei qui ser-*  
*vum 3. ff. de edilit. edict.* Carol. Molin. *super consuet. Paris §. 1. gloss. 5.*  
*verb. le fief n. 29* Octavian. Cacheran. *consil. i. n. 73.* † certam sibi  
pollicebitur mater victoriam causæ, si alimenta, quæ repetit, in  
libro rationum consignaverit: quia per id mentem suam satis  
censeatur declarasse, ut haut obscure indigitat Paulus in *d. l. Neseñ-*  
*nius 34.* Surdus *cit. quest. 8. n. 76.* Quin & solâ præsumptione ju-  
vabitur mater, ne pietatis intuitu censeatur alimenta donasse:  
24 † Si nempe bona ac negotia liberorum administraverit, & fru-  
ctus perceperit, quos creditur in sustentationem eorum impen-  
disse, *dict. l. Neseñnius 34. vers. è contrario.* ubi Bart. *n. 4. & 5.* Ita-  
namq; præsumptio una aliam tollit, ac fortior debiliorem vincit,  
*l. divus.* ubi Bald. *ff. de in integr. restit. cap. illud. extr. de presunt.*  
Decius



Decius *consil.* 470 Iason *libr.* 2. *consil.* 235. *in fin.* † Et donationis cō- 25  
jectura tum demum capitur, quando nulla superest alia, *l. cum de*  
*indebito* 25. *circa pr. ff. de probat.* Iacob. Menoch. *de arbit. judic. qua-*  
*stion. lib.* 2. *cent.* 1. *cas.* 88. *n.* 1. quin stultitia potius in dubio præsumi-  
tur, quàm donatio, Bald. *in i. generaliter* 13. *n.* 14. *vers.* & hoc tenet  
*hic Cynus. C. de non num. pec.* Andr. Tiraquell. *in l. si unquam. verb.*  
*donatione largitus. n.* 206. *vers.* & etiam *C. de revocand. donat.* † Ni- 26  
hil tamen singularitatis heic mater habet præ marito, de quo glo-  
rietur, qui & ipse bona filiorum administrans de proprio haut  
solvere videtur, *Surd. dict. quest.* 8. *n.* 105. & *quest.* 15. *n.* 3. † quippe 27  
haut obligatus ad præstationem alimentorum, quando liberi se-  
metipfos possunt exhibere, *l. si quis à liberis* 5. § *sed si filius ff. de liber.*  
*agnoscend.* Excepta autem volumus bona liberorum adventitia:  
† Hornm enim ususfructus quia patri competit, impius foret, si de 28  
proprietate quicquam alimentorum præstitorum repeteret, quin  
& jure repellitur, cum de fructibus liberos alere obstrictus sit, *l.*  
*ult. §. 5. C. de bon. que liber.*

*Posit. IIX.*

*Consensus Matris ad nuptias liberorum necessarius  
jus ei constituit singulare, quò nec tutores, nec  
agnati gaudent.*

Quod parentibus imprimis incumbit, ut de honesto ac felici 1  
matrimonio liberis prospiciant, id maximoperè matribus curæ  
esse videmus: nunquam non enim hæc magis ferè quàm pater i-  
psemet de nuptiis gnatorum sunt sollicitæ, molestiarum memo-  
res, quas in gestatione, partu & educatione illorum sustinuerunt,  
† majores iis, quas parens ipsorum nomine tolerat, *Gen.* 3. *v.* 16. *Ve.* 2  
rentur ideoque, ne si ad ultimum educationis actum fuerit deven-  
tum, tandem negligentæ labem incurrant. † In quo & jura eis 3  
favent, quibus matris consensum æquè ac patris ipsius ad sponsa-  
lia & nuptias liberorum requiri novimus. Nolumus equidem  
exactæ jam nos dare disquisitioni, an de jure civili ex honestate  
saltem, vel etiam necessitate matris consensus interveniat? † quo 4  
de Interpp. nostri multùm sunt curiosi, prout apparet ex traditis  
Gothofredi *in. not. ad l.* 25. *ff. de ritu nuptiar.* Hotom. *in disput. de*  
*sponsal.*



*sponsal. cap. 2. Helffric. Vlr. Hunni in resol. jur. lib. 1. tract. 3. quest.*  
14. Joh. Harppr. *ad pr. Inst. de nupt. n. 82. & seqq.* Christoph. Belold.  
5 *in discurs. Juridico polit. de nupt. cap. 9. n. 2.* † Attamen cum jus  
divinum necessitatem aliquam inferat, merito in eo subsistimus:  
Postquam enim ad unum omnes jus hoc parentum tribuant re-  
6 verentia, qua liberi iis sunt obstricti, sano hujus effati sensu ma-  
ter excludi nequit: † quippe quam lex divina de honorandis pa-  
7 rentibus patri verbis disertis conjungit, *Exod. 20. vers. 12. Deuter.*  
*5. vers. 16. Matth. 15. v. 4. Ephes. 6. vers. 2. Proverb. 1. vers. 8.* † Idque  
in observantiam hodie communem apud Consistoria Principum  
ac Statuum Imperii Evangelicorum descendit, ut hinc clandestina  
& invalida habeantur sponsalia liberorum irrequisito matris  
consensu contracta, Joh. Schneidw. *ad tit. Inst. de nupt. num. 38.*  
8 Joach. à Beust *de matrim. cap. 47.* Joh. Gerhard. *in loc. de conjug.*  
*§. 86. pag. 161.* Henning. Arnis. *de conjug. cap. 3. sect. 10. n. 27.* † quam  
clarâ sanctione in terris sui Electoratus approbavit Saxo Sere-  
nissimus *in Ordin. Ecclesiast. tit. Von Ehesachen §. von Ehegelöb-*  
*nüssen. ibi: Es sollen sich keine Kinder / Söhne oder Töchter ohne*  
*vorwissen und einwilligung ihrer Eltern als des Vaters / der Mut-*  
*ter verloben. Et postea: Und wann gleich solches geschehe / soll ein*  
*solches Verlöbnuß für heimlich gehalten / und für unbündig erkand*  
*werden etc. quæ & repetita leguntur in Ordin. matrim. de an. 1624.*  
9 *punct. 1. in pr.* † Sed nec absonum ac difficile necessitatem consen-  
sus materni deducere ex jure civili, quod sanè nusquam reveren-  
10 tia ac obedientia filiali quicquam detrahit: aut si aliam juris hu-  
jus rationem expetere placeat, eam forsitan, † ne invitis parenti-  
bus heres agnascatur, *l. 12. §. 3. ff. de capt. & postlim. revers.* & illa  
matri favebit, cui non minus quam patri idem obtingit. Ac de-  
mus aliquid prerogativæ patri in nuptiis liberorum ob patriam  
potestatem, de qua mater nil participat, *§ femine 10. Inst. de adopt.*  
11 † defunctio tamen patre de jure etiam civili ad sensum matris ne-  
gligendum, tantum abest, ut etiam expressè is requiratur ab Imp-  
p. Honor. & Theodos. *in l. in conjunctione 20. C. de nupt.* Joh.  
Schneidw. *dict. loc.* Harppr. *in pr. Inst. de nupt.* Johann. Borcholt  
12 *de gradib. pag. 52. & seqq.* † At quidnam singularitatis in matre,  
cum pater eodem, quin & plenius hoc in articulo gaudeat jure?  
Sit



Sit ita, quod mater nullam allegare queat prerogativam: pollet  
nihilominus eâ, sive tutelam liberorum susceperit, sive non, præ  
aliis tutoribus, quin & proximioribus liberorum agnatis. Quam-  
vis enim inficias haut eamus, conjugium † vix honestè con- 13  
trahi insciis tutoribus, & agnatis, quorum consilium exquirere  
honestas pariter ac pietas suadet, ut hinc rectiùs rebus suis & con-  
scientiæ tranquillitati consulant, qui parentib9 destituti fratrum  
& proximorum consensum in matrimonio ineundo expetunt,  
† cum hi omnes in locum parentum succedant, Joh. Gerhard. *in* 14  
*loc. de conj. §. 94. p. 169. & §. 96 p. 170.* Joachim. à Beust. *de sponsal. c. 21.*  
Hennin. Arnis. *de jur. connub. c. 3. sect. 11. n. 4.* † praxi omnium ferè 15  
gentiù accedente, prout liquidum facit Paul. Cypræ9 *de sponsal. c.*  
*6. §. 9.* Quin & statutis quorundam locorù id comprobantib9, ut  
videre licet apud Gerhard. & Arnis. *citatis locis.* nihil tamen ne-  
cessitatis hinc inferendum, sed in nudo consilio & arbitrio subsi-  
stendum, † vel ipsis Impp. non obscurè indigitantibus *in l. 1. §. 1.* 16  
*20 C. de nupt.* nimirum non tam consensum, quàm scientiam &  
consilium tutoris & cognatorum proximiorum exigì vulgò asse-  
runt, Petr. Heig. *part. 1. quest. 22. n. 10.* Henning. Arnis. *dict. sect. 11. n.*  
*4.* & quidem rectissimè: † ex Rescripto Gordiani Imp. *In copuian-* 17  
*dis siquidem nuptiis* (ait ille) *nec cognatorum vel affinium ulla au-*  
*toritas potest intervenire.* *in l. 8. C. de nupt.* Maufer. *de nupt. pag. 350.*  
Gerhard. *dict. loc. §. 96. in pr.* † quod idem de tutoribus senserunt 18  
Legislatores *in l. si puella tutores §. ff. de sponsal. & l. si pater 4. C. de*  
*sponsal.* Abeant ideoque qui sponsalia absque consensu  
tutorum contracta pro clandestinis & invalidis vendi-  
tant: † Cujus asserti cum nec rationem solidam, nec funda- 19  
mentum proferre queant, satiùs esset tacere, quàm ex cerebro pro-  
prio clâdestinitatem aliquam effingere, quæ quia conjugium be-  
nè concordans dissolvit, † absq; legis sanctione expressâ nunquâ 20  
est admittenda, *cap. 18. in fin. extr. de sent. excom.* Joachim. à Beust  
*d. cap. 21.* Joh. Gerhard. *dict. loc. §. 94.* Heig. *dict. quest. 22. n. 10. & seqq.*  
Paul. Cypræ. *de sponsal. cap. 6. §. 9. n. 15.* Joh. Schneidw. *ad tit. Inst. de*  
*nupt. part. 2. n. 40.* Nisi confidentiam † aliquam collocare quis au- 21  
sit in effato Pauli; Sed quid illud? *Nuptia consistere non possunt*  
*(inquit) nisi consentiant omnes, qui coeunt, quorumq; in potestate*  
*sunt.* *in l. 2. ff. de rit. nupt.* seu ut loquitur B. Lutherus: Was an El-  
tern statt mag seyn. *in libell. de causis matrimon.* Quo ipso tutores  
D quoq;



22 quoq; comprehensos non malè forsan dixeris: perinde enim † ut  
 parentes, præfident hæ personæ ac moribus pupillorum, §. 1 *Inst. de*  
*tutel. §. certæ autem rei 2. Inst. qui testam. tut. dar. poss. l. quia persona*  
 23 *14. ff. de testam. tutel.* Sed iudicatur procul dubio in voculâ potesta-  
 tis: † Et si enim pupilli tutorum potestati sint subjecti, quin & ipsa  
 24 tutela definiatur vis ac potestas, ab Imperatore Justiniano *in §. est*  
*autem tutela 1. Inst. de tutel.* patria tamen nulla tutoribus in pupil-  
 los competit potestas; † cæteroquin & illi sub patriâ essent pote-  
 state, quod absurdum fuit Imperatori visum *in pr. Inst. eod. tit.* Re-  
 manet ideoq; id saltem dubii, quam potestatem intellexerit Paulus  
 25 Jctus *in dict. l. 2. ff. de rit. nupt.* † Dicant alii quicquid velint, de  
 patrio jure ipsum fuisse locutum, fateri nos cogit Jctus Modesti-  
 nus, qui necessitatem consensûs ad nuptias liberorum patriæ ad-  
 scribit potestati, *in l. 25. ff. de rit. nupt.* ac si aliter velis, quid dubii  
 superesset, quin de jure etiam civili matris consensus præcisè ad  
 26 nuptias liberorum requireretur? à quâ tamen assertione pleriq;  
 abstinent Et quid † tandem prærogativæ vel singularitatis in fo-  
 ro etiam nostro attribueretur matri, si jus æquale tutori compe-  
 teret? Quod tamen sic limitatum volumus, ut parile utriusq; sit  
 jus, quando tutor à patre in testamento ad munus tutelæ vocatus  
 de filiâ elocandâ & sponsalibus contrahendis cum matre non  
 27 convenit: † Committendum enim tum est negotium hoc arbi-  
 trario Magistratûs, ab eoq; decisio petenda, *l. 1. & l. 20. C. de nupt.*  
 Consilium namque tutoris habetur perfectius judiciò matris,  
 quæ ceu mulier imbecillitate mentis communiter laborat, quin  
 & filiabus nimium quandoq; indulget, ut consilio tutoris magis  
 28 ei prospectum videatur. † Hujus rei exemplum legimus apud  
 Livium *lib. 4. decad. 1.* de puellâ, cujus forma etiam in vulgus  
 nota, de qua inter matrem puellæ & ejus tutorem ortum erat  
 dissidium, cui nam foret elocanda; Cùm enim mater Nobili, tu-  
 tor verò plebejo eam dare vellet, res componi inter privatos pa-  
 rietes non potuit. Ventum igitur ad jus, & postulatio matris atque  
 29 tutorum utrinq; auditò, Magistratus secundum matris arbitrium  
 jus nuptiarum dedere, *Liv. dict. loc.* † Idque moris etiam-  
 num in Consistoriis Statuum Evangelicorum observari, patescit  
 ex *Indicatio Consistorii Wittenbergensis*, quod refert Georg. Dedeken.  
 30 *vol. 3. consil. theolog. lib. 2. sect. 4. n. 49 pag. 172.* nec non ex *¶ Sententiâ*  
*informatoria Consistorii Supremi Dresdensis, quæ ad requisitionem D.*  
L.



Lezu R. die 6. Septembr. A. no 1609. hocce prodiit tenore: Seit ihr nach A. S. absterben seiner Tochter M. E. nachdem sich die Mutter anderweit verheyliget, zum Vormunden bestetiget worden. Als nun eure Verpflegte einen Freyer bekommen/sie auch anfänglich gute Lust zu ihm getragen/habt ihr in ansehung seines ehrlichen Herkommens/und daß er bey seinem Handwerke ein Weib wol ernehren kan/euer Bollwort dazu gegeben/daß es also nur an dem öffentlichen Verlöbniß gemangelt. Nachdem aber immittels ein ander Freyer sich gefunden/zu welchem die Mutter bessere Beliebung trägt / wird vorgedachte eure Verpflegte hinwiederumb stuzig gemacht / ob sie dießfals euerm oder der Mutter Vorschlag und meinung folgē solle/inmassen dann von euch beyderseits Ursachen angeführet werden. Dofern ihr euch nun deswegen nochmals mit einander nicht vergleichen könntet; So wird diese Sache an das Consistorium nicht unbillig gebracht/und darinnen entschieden/ B. R. B.

Posit. IX.

*Singulare est fœminarum de jure civili, quòd res quasvis liberis suis valeant donare.*

Erroris jure argui nequaquam possunt, qui inter singularia fœminarum referunt facultatem donandi liberis suis. Ex quo sanè mater vel avia in filium vel nepotem donationis titulo res suas transferre haut prohibetur, Henr. Bocer. de donat. cap 3. num. 5. † Verè autem singulare hoc est, quia parentes sexus masculini de hoc nihil participant: nec enim jus patitur, † ut subsistat donatio à patre in filium familiàs collata, l. cum de bonis 11. C. de donat. l. donationes, quas parentes 25. C. de donat. inter vir. & uxor. l. si donatione 13. C. de collat. Andr. Gail lib. 2. observ. 38. n. 1. & seqq. Bocer. diòt. loc. Hartman. Pistor, observ. 37. n. 5. Cujus rationem hanc vulgò reddunt, † quòd filii familiàs acquisitionis sint omninò incapaces: Sed vereor, ne fallax sit hæc ratio. Quid enim si pater noluerit per filium sibi acquiri? id si fecerit, jam olim filium familiàs sibi ipsimet acquisivisse constat, l. 4. §. sed & filius familiàs ff. de edend. l. in suis 11. ff. de lib. & posthum. l. is qui hores 13. §. ult. l. 52. ff. de acquir. heredit. l. cogi 16. §. si pater. l. Imperator. 50. ff. ad S. Crum Trebell. Aliam † ideoq; juris hujus causam inquirere oportet, 5 quam suppeditat nobis Anton. Fab. de error. pragmat. decad. 41.

D 2

er-





error. 2. & 3. ait enim, patrem filio donare propterea non posse,  
quod inter patrem & filium non emancipatum nulla jure civili  
6 subsistat efficax obligatio: † nec rursus sine obligatione dona-  
tio, *dict. l. Imperator. §. l. donationes 31. §. pater. ff. de donat.* Sola ideo-  
7 que patria potestas impedimento est patri, quominus firmiter  
donet filio; † Ea verò cum cesset in matre & parentibus lineæ  
maternæ ac sexûs fæminei, subsistit hoc singulare, ac licitum inde  
8 ipsis est, res indifferenter quasvis, tam mobiles quam immobiles,  
efficaciter liberis donare, † ne si contrarium asseramus, impin-  
gere videamur ad illud vulgatum: cessante dispositionis alicujus  
9 ratione ipsa cessat dispositio, *l. adigere 6. §. quavis 2. ff. de jur. patron.*  
Et quid opus per consequentias argumentari, † cum jus hoc ma-  
trum singulare claris suffultum sit verbis Iustiniani Imperatoris:  
*Sancimus igitur, inquit ille, licentiam esse matri, avia, aliisq; parenti-*  
*b; postquam reliquerint filiis partem, quæ lege debetur, quod reli-*  
*quam est sue substantiæ, sive in solidum voluerint, sive in partem filio*  
*vel filia, nepoti vel nepti. & deinceps descendentes donare, aut etiam*  
*per ultimam relinquere voluntatem sub hac definitione atq; conditio-*  
*ne: si voluerint, ut pater, aut qui omninò eos habent in potestate, in his*  
*rebus neq; usum fructum, neq; quodlibet penitus habeant participium.*  
10 *in Novell. 117. cap. 1.* † Dixeris forsân, sanctione hac discrimen  
inter parentes masculini & fœminini sexûs sublatum, ac quod in  
11 matre antea singulare fuit, patri quoq; concessum esse? Ita equi-  
dem sentit Johann. Vaud. *lib. 1. quæst. jur. cap. 4. in fin.* † Sed minùs  
probabiliter: non enim quod clari & manifesti juris est, Impera-  
tor tacitè abrogare præsumitur; quin & correctio menti ejus pa-  
12 rum respondet, † si quid verbis præcedentibus & subsequenter  
de parentibus duntaxat sexûs fœminei dispositum ibidem volue-  
rit, probè attendamus; idq; cum fecerit Bocerus, & Vaudum pro-  
pterea reprehenderit, *dict. ap. 3. n. 5.* temeritatis argui haud debet:  
13 † At hoc Vaudo largimur, quòd extraordinariè saltem & certis  
quandoq; casibus donatio à patre liberis facta pro validâ habeatur,  
14 nempe si favor matrimonii accesserit, † quò forsân intuitu  
factæ donationis ad nuptias invitentur, qui alioquin cum filio-  
aut filiâ familiâs contracturi eas non essent, *l. 1. & ibi Dd. ff. solut. matrim. l. interest 18. ff. de rebus autor. iudicis possid. l. 64. in fin. ff. de condit. & demonstr.* nec donatio casu hòc solius donatarii con-  
modum:



modum respicit, † sed & ejusdem conjugii ac liberis ex illo 15  
matrimonio nascituris eâ prospicitur, ut vel hâc saltem respectu  
irrita non sit, bene notante Ant. Fab. in *Cod. lib. 8. tit. 34. de fin. l. n. 5.*  
6. & 7. Donationem quoq; † inter patrem & filium familiâs re- 16  
muneratoriè factam, à regula prohibitiva exceptam vult Dan.  
Moller. *lib. 2. semestr. 16.* sed aliter & rectiùs Pinel. in *l. 1. part. 3. n.*  
62. *C. de bon. matern. & l. 2. part. 1. cap. 4. n. 4. C. de rescind. vend.* † For- 17  
tiori certè non nititur jure donatio inter patrem & filium jura-  
mentò confirmata, licèt autoritas obstet virorum autoritate sum-  
mâ pollentium, Andr. Gail. *lib. 2. observ. 38. n. 7. cum seqq.* & An-  
ton. Fab. *dict. de fin. l. n. 10.* † Nec enim juramentum nullitatis de- 18  
fectum supplere valet, fatente ipso met Gail. *lib. 2. observ. 65. n. 6.*  
Johann. Zanger. *de except. part. 3. cap. 11. num. 202.* Vincent. Caroc.  
in *tract. de excuss. honor. par. 2. quest. 15. n. 8.* Tutiùs verò dixerim,  
† donationem patris filio factam morte confirmatam haud viri- 19  
bus destitui, *l. donationes quas parentes 25. ubi Salycet. & Dd. C. de*  
*donat. int. vir. & uxor. Novell. 162. cap. 1. in fin. Bocer. dict. cap. 3. n. 8.*  
Quicquid autem sit de jure civili, † singulare hoc foeminarum 20  
in foro Saxonico non omnes agnoscunt; non minùs enim dona-  
tionem à patre quàm matre liberis factam in terris Saxonis va-  
lere, tradit Glos. *ad text. latin. art. 10. lib. 1. Landrecht. in fin. & Gloss.*  
*lit. B. ad text. germ. cui accedit autoritas Matth. Coler. part. 1. decis.*  
*13. n. 3.*

Posit. X.

*Singulari jure privilegiata est Mater in terris Electo-  
ratûs Saxonici, ut nec per substitutionem pupil-  
larem expressam excludi possit à legitimâ  
in bonis liberorum.*

Singularia quæ sunt matris, hætenus à nobis relata, favorem  
liberorum potissimùm concernunt: † Addendum jam est, quod 1  
ipsimet commodò cedit, scilicet quòd pater pupillariter substi-  
tuendo liberis matrem legitimâ debitâ † privare haud queat, 2  
quo de est sanctio clara in *Const. Elect. Saxon. 8. part. 3.* tanto siqui-  
dem favore dignam existimavit Dn. Elector Saxon. matrem ob  
incommoda & molestias in procreatione & educatione libero-

D 3

rum



3 rum perpeffas, † ut præmii quasi loco legitimam illis è bonis li-  
berorù in testamento patris expressè relinqui voluerit, & si id fa-  
ctum nõ esset, nihilominus indistinctè eam tribui jufferit, qualis-  
cunq; tandem esset substitutio, & quibuscunq; verbis à patre facta,  
4 † prout verba habent Serenissimi Legislatoris: *Das in allen Fällen*  
*der substitution der Mutter d dritte Theil aller Güter / zu Recht Legi-*  
*tima genant / austrücklichen gelassen werde / dict. Constit. 8. ubi Dan.*  
5 *Moller. part 3. conclus. 10 n. 39. Quà sanctione avum quoque procul*  
dubio inclusum † voluit Elector Serenissimus, ita ut nec hic ne-  
potibus substituendo matri eorum in legitimam queat præjudicare,  
6 quod non modò à Scabinis Lipsiensibus, sed etiam in Senatu Ap-  
pellationum Dresdensi pronunciando observatum memini.  
† Ex quo enim prædicta Constitutio Electoralis de patre loqui-  
tur, eique per substitutionem auferendi legitimam matri, facultatem  
adimit, avus quoque hõc ipso non obscure censetur com-  
7 prehensus: † quia nomine patris sive parentis venit quoque  
avus, uti liquet ex *Rubr. junct. nigro Inst. de legit. par. tut. §. 3. Inst.*  
8 *de tutel. † perinde atque parentum appellatione avus aviaque*  
& reliqui ascendentes comprehenduntur, *pr. Inst. de gradib. cogn.*  
*l. appellatione. 51. l. iust. 201. ff. de verb. sig. Et sanè adeò generalia*  
9 sunt verba ipsius nigri *in alleg. Constit. 8. vers: So constituiren*  
*und setzen wir &c.* ut † nequaquam substitutionem nepotibus  
ab avo factam excipere liceat, *arg. l. si generaliter. §. 1. ff. de legat.*  
10 *præst.* Singulare autem hoc jus est matris duplici respectu: † *Pri-*  
*mò* quoad personam aviæ maternæ, quæ jure hõc Electorali non  
gaudet, ut dixi in *Jurisprud. Forensi ad dict. Const. Elect. 8. defn. 5. ne*  
quod singulariter & contra jus commune est introductum, nimi-  
11 ùm extendatur. † Cùmque sanctione suâ Serenissimus Saxon.  
Elector matri specialiter prospexerit, haut aviam gradu remoti-  
orem comprehensam voluit, *arg. l. cum Prætor. 12. ff. de judic. l. mari-*  
12 *tus 20. C. de procurat. Tiber. Decian. lib. 7. consi. 64. n. 11. † Subsistit ve-*  
*rò beneficium hoc matris in terris Electoratus Saxonici. Unde*  
*secundò* singulare quoque hoc dicitur respectu juris communis:  
13 † Relictis enim Dd. disputatis, num substitutio pupillaris ex-  
pressa aut fideicommissaria à patre filio facta, matrem prorsus  
excludat? religio nobis est decisio affirmativa in jure communi  
satis



fatis fundata, † vel hōc ipso, quōd Imperator Justinianus *in l. 9 C. 14*  
*de impub. & aliis substit.* prohibeat admitti querelam contra sub-  
stitutionem quasi pupillarem, videlicet ad exemplum veræ pu-  
pillaris, quæ matrem excludit; unde & † condictio ex *l. omnimodō* 15  
*30. C. de inoff. testam.* ad consequendam legitimam denegata cen-  
setur, quā matri aliās prospectum, autumat Corasius *in l. 8. C. de*  
*impub. & aliis substitur.* nec enim condictionis remedium quen-  
quam juvat, nisi eum, cui datur inofficiosi testamenti querela,  
† quippe in cuius locum condictio illa surrogatur, *dict. l. omnimo-* 16  
*do 30. ibi: In quibus de inofficiosis defunctorum testamentis moveri*  
*solebat actio certa.* Dn. Frantzk. *in exerc. iurid. exerc. 6. quest. 7. n. 15.*  
Licet enim † substitutio ea pupillaris ipsius pupilli testamen- 17  
tum sit, à patre tamen factum est, ut eleganter Papinianus dice-  
bat, quem Ulpianus refert *in l. Papiniana. us. 8. §. sed nec impuberis ff.*  
*de inoff. testam.* Anton. Fab. *lib. 15. conjunct. 9.* Andr. Fachin. *lib. 4. con-*  
*trou. 42.* Vaud *quest. 44.* Petr. Greg. Tholosan. *in Synt. iur. l. 42. c. 19.*  
Matth. de Afflict. *dec. 310 n. 2.* Joh. Sichard. *ad d. l. precibus. 8. n. 19. C. de* 18  
*impub. & aliis substit.* Ex quo perspicuū, † quā parū nobis offi-  
ciat, quod vulgō ex sanctione Justinianea *in d. l. omnium 30. l. scim 9*  
*36. §. 1. C. de inoff. test. Novell. 118. c. 1. & Novell. 115. cap. 3. & 4.* id favoris  
legitimæ tributum existimant, ut nullā prorsus ratione, neque  
directè neque obliquè gravari possit: † Ita nempe fundamen- 19  
tum nostræ assertionis correctionis lege evertere adnituntur.  
At parū consideratè, si factum patris probè attendamus, qui  
cum † conjugii seu liberorum suorum matri de bonis suis nul- 20  
lam debeat legitimam, non certè prohiberi potest, quò minùs li-  
berè respectu matris disponat, tum scilicet, quando ad pupil-  
lum hereditas paterna nondum devenerit, si præsertim † postea 21  
in patris voluntate pupillus acquiescat, ut bene decidit Bonifa-  
cius IIX. Papa *Licet,* inquiens, *filius testamento suo matrem portione*  
*jure naturæ debitâ privare non possit: pater tamen in testamento, quod*  
*filiio impuberi facit, potest. Nam testamentum hujusmodi pupillare*  
*paternum, vel paterni pars potius est censendum. in cap. 1. extr. de te-*  
*stam. in 6to.* † Nimirum mater eo tempore, ubi pater filio impu- 22  
beri testamentum fecit, ei que substituit, jus radicum non ha-  
bet in illis bonis, quippe quæ nec filius actu possidet: † At nun- 23  
quam matri legitima debetur ex bonis liberorum, nisi quæ illi  
jam possident, *arg. Novell. 115. cap. 4.* † Eamque sententiam jam- 24  
du-



dudum extra provincias Electoratus Saxonici Scabinos Lipsienses in respondendo fuisse secutos, attestatur Assessor quondam, Scabinatus illius gravissimus Hartm. Pistoris *observ. 30. n. 3.* Hac in presentiarum tetigisse sufficiat.

## Corollaria.

1.  
*Absurdum non est, ut femina possideat feudum masculinum, & vicissim masculus feudum foemineum.*

2.  
*Feuda de Camera & de Cavena propriis accenseri nequeunt feudis.*

3.  
*Sicuti nec feudum emptitium.*

4.  
*Legitima fuit electio Ferdinandi I. in Regem Romanorum, facta quantumvis vivo adhuc Carolô V. Imperatore.*

5.  
*Subsistit electio Regis Romanorum, licet electus sibi ipsi dixerit votum.*

SOLI DEO GLORIA!







Ad

Dn. Respondentem:

**U**t ari Muliebri secus lex priscæ jubebat,  
Armorum meruit quisquis equestre  
decus.

Quin & equestre decus priscorū more merebat  
Defendens, et as quos tenerilla gravat.

Et tenon maneat dignum, *BULLÆ*, brabium?

Nec par Martigenæ promerere decus?

Quinunc facundò doctæ vibramine lingua

Propria scemineo jura tuere gregi;

Ac prestare doces pietatis munia gnatis,

Et patrocinium, cum sine patre vegent.

Immo Tibi te paratur equestri clarig aurum,

Quod legum emensò tramite Justa dabit.

ΠΟΤΟΧΕΔΙΩΣ scrib.

Polycarpus Wirth/D. &  
Prof. Extraord.

Dum



**D**Um Consultorum conscendis pulpita sacra,  
Adsit sancta Trias, docte BULÆ, tibi!  
Illa tibi faciles adspiret ubique labores,  
Quò tandem teneas nomina clara Dicæ!

*Præst. Dn. Bulæo, Commensali & amico dilecto  
suo ex animo ita precatur*

*L. Joh. Benedict. Carpzov SS.  
Theol. Prof. Publ. & Ecclesiastes ad  
D. Thomæ.*





Leipzig, Diss.; 1650-51

ULB Halle 3  
004 547 292



f

sb.

WMA











B.I.G.

Farbkarte #13

isti!

# OEMI- LARIBUS,

carum

Curæ,

Ordinis in A-  
nfi

PZOV. J. U. D.

onici, & Facul-  
narij

S BULLÆUS

Petrino,

LERI.

~~1651~~  
1651.24  
4  
15

427

